Ill. Quirio Boxhornio.

5. octob. 1652

423

Amplissime ac doctissime Vir;

Tametsi me silentio multas, nimis hoc nunc pertinaci, et ingenij quidem tui non unos fœtus vulgare sublimes ~~volvisti~~ me nec ut olim teste nec participe, quod meminisse ~~me~~ non recordor, certum est perstare in veteris amicitiæ nexu, et hanc meam denuò tibi obtrudere vel ~~[illegible]~~ incuto documento sit, quòd paratum prælo Poematium, ut quidem liberis meis et amicis visum est, si non nuper ~~[illegible]~~, nolui lucem publicam videre te inconsulto. Si tantum tibi abs re tua est otij, inspice ~~et perspice~~ aut perturre; neque adeo celatum velis si quid est cuius me præmonitum censeas. ὃ δὲ ποιεῖς ποίησον τάχιον, si me amas, qui integerrimo affectu sum

Tuus

C.

neq crebra evacuatione neq ipsis frequentissimis balneis
extirpari ~~possit~~ patiatur. quae res quanto mihi taedio et
fastidio sit, intra domesticos parietes plerumq incluso
facile judicabis. Ferenda sunt haec tamen ab
illius manu, cui quotidie dico, fac servo tuo,
domine, secundum misericordiam tuam. Interim
dum negocijs nequeo, studijs quod abunde sic horarum
suppetit identidem ~~vel~~ impendo. atq hinc est quod
tu quoq, vir clariss. ab otioso hoc interpellatus aut
fuisti cum id fortasse minus expectares.
Ignosces tamen, quando ex extra oleas tuas non
abduxi, quae ~~[illegible]~~ India sunt utiq et literarum
commercia. In hisce ut quam diutissime
felicissime versaris et vivas ex animo ~~[illegible]~~ vovis. ~~[illegible]~~.
Scrib. Hagae Com. Nov. CIↃ IↃ CLII.